

que tam conjunctivi, quam distinctivi accentus, diversas  
 vocum significationes distinguant, quæque in hoc isto ve  
 loco sit præferenda innuant. v. g. Jes. 6. 3. quod in verbis qui  
 escentibus 3tia atque 2da cum primis in aliquot personis,  
 ut reliqua omittam, perquam esse necessarium, apud gram  
 maticos est in confesso. Hoc ut tanto manifestius evadat,  
 sequentia perpendamus Sc. S. exempla, collatis discrepan  
 tibus aliquot interpretationibus. Sic v. g. Jesa. 26. 19. hebrai  
 ca וְנָרַץ רַפְאִים תַּפִּיל neglectis accentibus sunt ambigua,  
 & possent vel cum B. Luth. & Seb. Schmidio reddi:  
*Et terram mortuorum (Seb. Schmid. Rephaim) evertes seu  
 deturbabis;* vel cum Pagn. Aria Montano & Aliis: *Et  
 terra mortuos projiciet.* Gen. I. 20. sine Accentibus du  
 bium est, טוֹ עוֹף sine cum B. Luth. quem sibi defen  
 dendum sumsit B. Walth. in Harm. reddendum in Ac  
 cusativo, an vero cum aliis in Nominat. Gen. 3. 8. טוֹ  
 מַתְהַלֵּךְ posset referri tam ad יְהוָה quam ad קוֹל, nisi  
 posterius flagitarent Accentus, quibus convenienter h.  
 l. explicat Præceptor noster Devener. in Interprete §. 90.  
 p. 97. f. *Mox audierunt vocem Domini Dei (qualis describi  
 tur Psal. 29. 3. §. horribilem sc. cujusmodi requirebat ipsorum  
 facinus, ad pœnitentiam commovendorum) progredientem  
 vel continuo magis magisque ingravescentem, vid. §. 109.  
 per hortum istum, in flatu diei: procul dubio vebemen  
 tiori, cujusmodi cum Tonitru haud infrequens. Hinc Et  
 ejus fuisse dicitur effectus, quod se absconderint propter  
 iram Domini, quam arguebant inde. Nec infrequens  
 est Sc. S. טוֹ הַלֵּךְ de aliis quam animatis usurpare, pro  
 uti ex loco sequente liquet Jer. 46. 22. קוֹלָהּ כְּנַחֵשׁ יִלְךְ  
 vox ejus (Ægypti v. 20. & 21.) sicut (vox) serpentis ibit  
 (serpet). Gen. 3. 24. accentus si negligas, yix certus  
 eris*